

J i
4852




G. K. gem.



EPICEDION
IN HONOREM ET
MEMORIAM OBITVS REVEREN-
di & incomparabilis uiri, D. PHILIPPI MELANTHO-
NIS Patris & Præceptoris nostri summè
colendi, Scriptum

à

M. GEORGIO VVEIGELIO
Noribergensi.



VVITEBERGAE EXCVDE-
bat Laurentius Schuenck.

1561. 4

*Virute & prudentia ornatissimo
lesum laudo Almario, amicus
et*

IN HONOREM ET
MEMORIAM OBITU REVERENDI
PAPAE & PRINCIPIS ELECTORIS
COLONIAE

M. GEORGIO VALENTINO
Noribergensi.



VITBERGAE EXCVDF
pat Laurentius Schenck.

223 K 322
12071

Faint, illegible handwritten text at the bottom of the page.



EPICEDION

IN HONOREM ET
MEMORIAM OBITVS REVEREN-
di & incomparabilis uiri, D. PHILIPPI MELANTHO-
NIS, Patris & Præceptoris nostri sum-
mè colendi.

Heu mihi quàm toti tua mors lacrymabilis orbi,
Quàm trahit exitij fata dolenda grauis.
Morte Philippe tua populus dolet omnis ad albam,
Præcipuè studijs turba sacrata bonis.
Morte Philippe tua gemitus Ecclesia Christi
Edit inexhaustos, orba parentis ope.
Morte Philippe tua pueri, dulcesq; nepotes,
Te repetunt querula uoce subinde patrem.
O quoties lachrymis stillantibus ora rigârunt,
Quos tuus à patria splendor abegit humo:
Quos & honos, nomenq; tuum laudescq; mouebant,
Ferrent ut patriæ Leucorin ante suæ.
Pars fuit in medio iam summa per æquora cursu,
Cui fuit aspectus unica cura tui.
Rebus in aduersis per tædia longa uiarum,
Erexit comites spes ea læta pios.
Albiacam simul ac salui ueniemus ad urbem,
Vnius ante alios ora uidenda Senis.
Illius hæc proprijs manibus tradenda papyrus,
Commoda conspectus colloquiq; dabit.
A ij Mente

Mente reponemus uel singula uerba fideli,
Eius ab ore fluunt aurea dicta sacro.
Ad summum nobis pietatis & artis amorem,
Et recti studium ductor & autor erit.
Quicquid agit, sapientis habet moderamina uitæ,
Quicquid ait, pietas est mera, grata Deo.
Pars aliquanta domi carorum cura parentum,
Restat adhuc claræ spesq; decusq; domus,
Quæ cum Leucorei uenerabile nomen Elysæ
Audiit, exiuit pectore læta suo.
Forſan uterq; parens uerbis subiunxit amicis
Cresce puer, lætos Albis adibis agros.
Atq; Melanthonios tunc contemplabere uultus:
Doctrinæ capies commoda magna suæ.
Vox ea multorum mentes incendit, ut artes,
Arriperent studio dexteriore bonas.
O quoties secum iuuenes sunt talia fati,
Me tenet Albiacæ spes animosa scholæ!
Ut sancti uideam ueneranda Melanthonis ora,
Eius ad optatos confideamq; pedes.
Namq; quis indoctus, nisi segnis, abiuit ab illo?
Doctores docuit quot modo mille pios?
Teutonicum passim doctissima turba per orbem,
Huic fert acceptum, quicquid honoris habet.
Ergo tui pariter iuuenesq; senesq; dolorem,
Testantur gemitu Diue Philippe graui.
Et testabuntur dum lumina solis adibunt
Orbis & eòas, occiduasq; Domos.

Done

3
Donec erunt Musæ, Charitesq; per omnia gratae,
Donec erit pietas dexteritalq; super.
Ergo tibi meritas canimus Pater optime grates:
Grata canunt laudes carmina nostra tuas,
Quod studio tantos tuleris uigilante labores,
Fidus in Albiaca lustra per octo schola.
Quod paruas magnasq; simul reparaueris artes,
Fama quibus magni spargitur alma Dei.
Has prius error iners coeca caligine totas,
Presserat indignis (res ea nota) modis. (phorū,
Quicquid habent pia scripta Patrū monumetna So-
Contraxti solers dexteritate breui.
Hoc collega tuus testatur abundè Lutherus,
Et melior grati pars agit orbis idem. (Magistri
Imo (quod amplius est) Monachi, Monachūmq;
Dant Methodi laudes uoce fauente tibi.
Sæpe quod ambiguè prior illa coegerat ætas,
Id tua perspicuè cura laborq; dedit.
Et fuit in dubijs tua sæpe solutio nodis,
Ceui solet in medijs anchora saarc uadis.
Hostiles nexus & structa sophismata fraude,
Luce tui ingenij dissoluenda dabas.
Miles in afflictā uigilans statione manebas,
Probra Semeiorum leniter atra ferens.
Hinc te Romulei uis insidiosa Draconis
Impetijt technis, horronisq; minis.
Illinc degeneres letalia spicula fratres,
In caput emittunt (Heu mihi quanta) tuum.
Qui

Qui Preceptoris fucato pectore nomen,
Discipuli ingrati dulce dedere tibi.
Interea dirum clam continuere uenenum,
Ut penitus pessum teque tuosque darent,
Quos Pater ut proprios patienti pectore natos,
Fouisti solita pro bonitate tua.
Quos euexisti, meritis quos pluribus auctos,
Ornasti, & propius cura docere fuit.
Quosque tuis etiam uoluisti accumbere mensis,
Ut tua sint olim gloria, fama, decus.
Hi sua nunc contra te spicula tincta ueneno
Laetifero promunt, exanimemque petunt.
Non sat erat uiuum linguis lacerare dolosis,
Opprimere inuidia, sacrilegisque libris.
Sed lubet & sanctos temere proscindere manes:
An subitaethereas ira furorque domos?
Cessat in exanimos aliam furor impius omnis:
Liuor ab exanguis morte quiescit atrox.
Non tamen hac satis est cautum tibi lege Melanthon,
Te post fata etiam liuor & ira petunt.
Si facerent Turcae Christi sacra cuncta negantes,
Seu Iudaeorum gens inimica Deo,
Quid mirum? faciunt, qui Christi nomine gaudent,
Nomine Christiadae, re fera monstra Stygis.
Saepes cadaueribus ratione carentia parcunt
Bruta, Leo ueluti fortis, & ursula ferox.
Vos ea sed longe rabie superatis & ira,
Qui rabido hos manes carpitis ore pios.



Hæc Philomela fuit Domino bene tuta tuente,
Nam uiuo uestri nil nocuere doli.
Vos metus illius grauitasq; retraxit ab armis,
O quoties tandem lingua soluta crepat.
Pergite sed mala scripta trium cumulare dierum,
Hanc rabiem tandem reprimet ipse Deus.
Interea tibi sancte senex tribuemus honoris,
Debita pro meriti præmia mente pia.
Vt fremat ingratus; rumpantur ut ilia Codro:
Totus & aduersus nos licet orbis eat.
Quotquot in Albiaco sequimur tua castra Lycaeo,
Reliquiæ in tumulum spargimus ista tuum.
Vt ossa pijs senioq; absumpta quiescunt
Molliter, æternum mens uidet alma Deum.
Hospitio lætus fruitor Pater ergo beato,
Cum patribus sanctis sancte propheta Dei.
Reliquias Deus Albiacas mitissime serua,
Nominis ad laudem, noticiamq; tui.
Discipulos caris cum præceptoribus æquos,
Contra pestiferos assere quæso lupos.

FINIS

DISTICHON ANNI MENSIS
& diei obitus.

Non Vs Vt IrrlgVo DeCles soL LVXIt aprILLI
VIVIFICI Vlsis teCra, PhILLippe, Del.

Faint, illegible Latin text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

DISTICHON ANNI MENSIS
& diebus

MDCCLXXII
VIVANTI VLSA REGI PHILIPPO DEL



Fi 4852


ULB Halle 3
004 974 883



f








EPICEDION
IN HONOREM ET
MEMORIAM OBITVS REVEREN-
ti & incomparabilis uiri, D. PHILIPPI MELANTHO-
NIS Patris & Præceptoris nostri summè
colendi, Scriptum

à

M. GEORGIO VVEIGELIO
Noribergensi.



VVITEBERGAE EXCVDE-
bat Laurentius Schuenck.

1561. 4

*habe. 7 prædicatione oratione A. D.
cum talibus A. L. M. A. M. A. M. A.*

